

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE

V S V

IVRIS IVSTINIANEI  
IN IVDICIIS GERMANIAE  
NON EXIGVO

QVAM

PRAESIDE

IOANNE FRIDERICO  
WERNHERO, D.

FAC. IVRID. ASSESS. EXTRAORD. ET CVR. PROVINC.  
ATQVE CONSIST. ECCLES. ADVOC. ORDIN.

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

D. II. AVG. MDCC XXVII.

IN AVDITORIO ICTORVM  
HORIS LOCOQVE CONSVETIS

VENTILANDAM PROPONET

IOANNES CHRISTIANVS Rodochs  
ZITT. LVSAT.

VITEBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.



DISSERTATIO IURIDICA  
DE

V. S. V.

IURIS IUSTINIANEI  
IN IUDICIIS GERMANIAE

NON EXISTO

QVAM

PRÆSIDII

IOHANNIS FRIDERICI  
WERNHERO, D.

PH. MAG. IURIS P. R. ORD. ET CIV. PROVIN.  
ALTA CONS. ECCLES. ADVOC. ORDIN.

IN ACADEMIA VITBERGENSI

D. M. INC. MDCCXXXII

IN AUDITORIIS VICTORIANIS

HORIS LOCUTE CONSULTIS

VENTILANDAM PROPOSET

IOHANNES CHRISTIANUS STODOLUS

ATT. LVSAT.

VITBERGÆ, LIBRAR. VIV. VAL. GERMANICÆ





§. I.



Quinquaginta circiter abhinc annis Ius Romanum alii potissimum status quaestio moueri coepit, ubi diuersa partium studia se hinc inde prodiderunt. Alii quippe illud plane simpliciter, alii cum exturbatum iuerunt; alii e contrario simpliciter retinendum censuerunt; alii uero, mediam tenen-

Ius Romanum alii eliminatum, alii retentum simpliciter, alii cum moribus conseruatum cupiunt.

tes uiam, nec simpliciter exterminandum, nec absque ulla limitatione retinendum, sed consuetudines Germanicas, haecenus obseruari solitas, una attendendas esse, iudicarunt. Quae lis, cum multis scriptis uentilata sit, spissum satis facile uolumen conficeret, siquidem omnia, pro sententia cuiusuis partis aiente, aut negante, argumenta in unum colligere uellemus. Nos, saluo aliorum Iudicio, mentem nostram, quatenus praxis eidem consentire uidetur, paucis exponemus.

§. II.

Eorum, qui simpliciter, omni Germaniae posthabita consuetudine, Iustinianeuum Ius obseruandum contendunt, sententia, paucissimis, in praxi praesertim uer- fatis arrisit, et in se satis inepta est. Res etenim ipsa loquitur, uarias Iuris Romani materias esse, de quibus ad Germanos ita applicandis, ut differentia nulla su-

Sententia eorum, qui Ius Rom. ipsis moribus praesertim, excutitur.

perfit, ne somniando quidem cogitare licet. Cuius rei manifestissima argumenta, in materia de seruis, et connexis, solennitate stipulationum etc. deprehendimus. Neque ipsi, qui ita philosophantur, secundum iuris nostri principia ratiocinia sua efformant, cum Imperator §. ii. *J. d. Iur. Nat. et Gent.* contraria consuetudine iura ciuilia tolli posse, tironibus inculcet. Ideoque non apparet, quomodo durior Germanorum, ex receptione iuris Romani, conditio esse queat, quam ipsorum Romanorum fuit.

## §. III.

Et eorum  
sententia,  
qui ius  
Germ. re-  
ducere uo-  
lunt, reit-  
citur.  
Rat. i. a  
praeposte-  
ro studio.

E contrario, qui, de iure Germanico antiquo, nescio, ex quibus ueteramentis resuscitando, et in iudicia reducendo, iure uero Romano in totum eliminando, anxie laborant, praeter spem, qua lactantur, inanem, nihil sibi promittere queunt. Praesertim, si praepostera illorum studia, ex odio in Ius Romanum intempestiuo profecta, consideres; dum nec leges Germanicas solas conquirunt, sed Suecorum, Wisi-Gothorum, Anglo-Saxonum etc. iura, ne scilicet iustum uolumen labori desit, intermiscunt. Quid uero hisce ueteramentariis opponi queat, prudens quilibet facile sua sponte intelligit. Neque, si de solis Germanicis legibus labores, res ita confecta est. Primo enim nullae fere, certe paucissimae, leges aut consuetudines uniuersales, quae totam per Germaniam uiguerint, ostendi possunt. Singulae prouinciae singularibus iuribus utuntur, et tanta cum morum, tum institutorum semper fuit, et adhuc est diuersitas, ut maior in regnis plane separatis uix dari possit. Sic Lusatia, Electorali Saxoniae contigua et subiecta, eius euidentissimum argumentum praebet, quippe quae in multis iura Electoralia non sequitur. Cuius rei causa licet me non lateat, tamen et in iis terris, ubi eadem con-

Rat. 2. a de-  
fectu iuris  
uniuersalis.

conditionis diuersae ratio non adest, idem deprehenditur. Namque ab ipsis etiam Imperatoribus promulgatae leges uix in una, aut altera prouincia, ad obseruantiam perducere potuerunt; id quod, hodiernum in Recessibus Imperii quotidie fieri, ipsa praxis docet. Sed quantae molis non erit, procul omnibus dubiis demonstrare, et legem uniuersaliter esse latam, et uere in omnibus, aut saltem illa, de qua agitur, prouincia, receptam. Deinde plurimae legum antiquarum nostro statui parum apte conueniunt. Sic procus, forte non nisi stolidus, diuitem ambiens puellam, sibi persuaderi patietur, inhonestum esse, dotem accipere, eo, quod Tacitus de Germanorum moribus, nullam uxores nouellas dotem attulisse maritis, scripserit, et incassum, puto, focer futurus de reducendo antiquo hoc Germanorum iure laborabit. Porro, ab insignibus quandoque absurditatibus Iura illa liberari non omnino posse, ipsi dissentientes concedunt, & recte adserit ILL. DN. THOMASIVS *Diff. de exig. Iur. Iust. usu* §. 16. Amplius, qui paulo accuratius in rem inquirat, facile deprehendet, complura ex Iure Romano descripta esse, ita quidem, ut illa Iura antiqua, propter terminos obsoletos, uix etiam a ueteramentario, egregie in hoc genere uersato, intelligi queant, et pleraque e reliquis, intellectu quidem facilibus, ad meras Romanorum leges referantur. Ta-

Rat. 3. a difficultate.  
Rat. 4. affatus mutatione.  
Rat. 5. a iuris Germanici absurditatibus.  
Rat. 6. a descriptione iuris Rom. in legibus Germ. conspicua.  
Rat. 7. a paucitate sua, in LL. Germ. decisorum.

ceo, paucissima in iisdem, quas saepe diximus, legibus antiquis esse definita, et, si qua definita, omnia fere iudicis arbitrio relicta; quam periculosa autem res sit, iudicis arbitrio multa committere, illis, qui in foro uersantur, non sine dolore saepius experiendum est. Nec enim ea, qua par est, religione, et ita semper omnes se gerere solent, quin aliquando partium studio

abripiantur. Cui per Ius Romanum melius, quam Germanicum antiquum occurri potest. Ex quo ipso capite non ignoscere possumus BEYERO, qui in Praef. ad π. §. 26. uti simplex uulgus, omnia processuum fata, et nescio quas calamitates Aduocatis adscribens, facere affolet, causidicis imputat, quod reductio Iuris Germanici non satis feliciter succedat. Horum certe parum intererit, siue ex Iure Germanico, siue alio quocunque Clientum iura defendant; e contrario, cum Iudices probe gnari, in facta sua ab Aduocatis nonnihil curiosius inquiri, & de iis ad superiores referri, saepius coelum terramque misceant, quid quaeso non futurum erat, si misera plebecula ipsorum libidini simpliciter obiceretur. Aduocatus uero aut pie, prout conuenit, se gerere cupit, sic neque in Iure Romano ambagibus, aut improbo procedendi genere utetur; aut, fallacijs uti, apud animum constituit suum, et sic in legibus etiam simplicissimis facile inuenta fraus est. Denique pro demonstranda exigua legum Germanicarum, etiam si reducerentur, auctoritate, utemur argumento ILL. THOMAS. qui in iudicando exiguo iuris Romani usu deduci iubet iura naturalia, Gentium, etc. et sic demum de usu iudicium ferri postulat. Deducantur itaque de legibus Germanicis, quae particulares tantum prouincias respiciunt, quae non nisi absurditatem redolent, quae ex Iure Romano descripta, quae non definita sunt in legibus Germanicis, aut ex nationum non Germanicarum legibus huc trahuntur, item ad Ius naturale aut diuinum pertinent, quae iterum contrario usu sublata etc. facile apparebit, quam parum superfuturum, et quae misera, inculta, & ieiunia Iurisprudencia in lucem proditura sit.

§. IV.

Rat. 8.  
quod, dedu-  
ctis dedu-  
cendis, mi-  
sera Iuris-  
prudencia  
Germanica  
superfutu-  
ra sit.



## IV.

Mediam et meliorem duco eorum esse sententiam, qui ius Rom. in iudiciis quidem receptum esse statuunt; sed tamen, sicubi status uel mores Germanorum perpetui, aut hodierni, contrarium induxerunt, his primas deferunt. Quae doctrina primo contra nios Iuris Rom. fautores ex eo facile defenditur, quod leges et consuetudines contrariae, secundum ante monita, leges uel mores priores tollunt. Atqui mores hodierni, aut haecenus recepti, procul dubio iure Rom. eiusque receptione, recentiores, adeoque praefertendi sunt. Eodem argumento utemur in hac thesi, contra eos, qui ius Rom. plane extirpatum, antiquumque Germanicum restitutum, eunt, defendenda. Nolumus enim hic recensere argumenta, ab aliis magno numero adducta, cum utique in singulis fere aliquid desiderari possit; id saltem commemorabimus, quod nec ab ipsis dissentientibus in dubium uocari potest, et tamen in hac controversia omne punctum fert. Conditis Academiis cum extra Germaniam, tum etiam postea in eadem, Studiosis undique in easdem confluentibus, Iura civilia propinari coeperunt. Quod et Professiones in Academiis instituta, et Gradus ibi collati, satis indicant. Cumque omnem aetatem Academicam in scientia Iuris Rom. triuissent, ignari iam patriorum morum, iudiciis admoti, ex Iure tantum Romano responsa sua instruxerunt. Ita factum est, ut idem in iudiciis cum superioribus, tum inferioribus, conuenientibus Principibus, paulatim introduceretur, omniaque ad mentem istius Iuris noui reformarentur, tandemque non amplius leges aut consuetudines Germanicae, sed solus Iustinianus audiretur, atque uno verbo, testante D. N. BOEHMER. *Iur. Eccl. Tit. de Constit. §. 57. Ius Germanicum paulatim obsolescere, eradicatisque Germanorum moribus,*

Media sententia probatur.

Rat. a receptione Iuris Rom. moribus prioribus recentiori, adeoque eos abrogante.

Haec probatur i. ex historia.

2. testimoniis.

bus,

etiam dis-  
sentientium.

3. Responsis  
et decisis  
ICtorum  
Germaniae  
uniuersae.

4. Querela  
Beyeriana.

bus, novae leges, eorum genio haud respondentes, surrogari  
coeperint. Consentit ILL. DN. THOMAS. in *disp. de exig.*  
*usu Iur. Iustim. §. 1. uerb. ita factum est, ut, cum soli illi eru-*  
*diti in fora reciperentur, et uel causas litigantium: in iudi-*  
*ciis proponerent, uel iudicum personas sustinerent, tandem*  
*morum patriorum ignorantia regnare inciperet etc.*  
Imo B. BEYER. ad *ff. tit. d. Orig. Iur. post. 358. et 365.*  
fatetur, iam ante iuris Rom. receptionem desuetudine  
abolitas leges Germanicas antiquas fuisse, sic enim ait:  
*Veteres Carolinae leges manibus eorum exciderant, neque, si*  
*superfuisent, sufficere poterant emergenti negotiorum mul-*  
*tiitudini, luxu et fallacis indies increbescensibus. it. Publicae*  
*totius Imperii Constitutiones fere negligentius habitae, et pau-*  
*cissimae usque ad Maximil. ad nos peruenerunt. Neque*  
putandum, id generaliter ita haud obtinuisse, sed de  
una alteraue tantum prouincia affirmari posse. Te-  
stantur contrarium singularum Prouinciarum et Col-  
legiorum decisa, diuersis temporibus a DD. publici  
iuris facta, ex quibus per singulas aetates, ad nullum aliud,  
quam Ius Romanum, ubiuis prouocatum fuisse, demon-  
strari potest. Ergo, iuxta deducta, et ipsa dissentientium  
testimonia, leges Germaniae tantis immerse tenebris  
jacebant, ut de iis uel nemini, uel paucissimis, con-  
staret, nec nisi magnis sumtibus, et operoso conatu,  
post plurimorum annorum decursum a quibusdam  
collectae fuerint. Quae tamen ipsa collectio ab inte-  
ritu easdem nondum uindicauit; uerum, paucissimos  
antiquitatum aestimatores tantum pro illarum redu-  
ctione laborare, neque tamen hoc ipso quid efficere,  
suo exemplo testatur BEYER in *praef. ad ff. §. 26. indi-*  
*gne ferens, non posse induci Bibliopolam, forte haud*  
*ignarum, non eundem hujus, atque Corporis Iu-*  
*ris Iustinianei, usum esse, ut Lindenbrogium prelo*  
red-

reddat. Aequo itaque animo ferenda est illa iactura. lam ex neglectu Iuris Germanici, et perpetua, ac in omnibus provinciis solenni, prouocatione ad Ius Rom. atque decisione casuum obuientium ex eodem, manifesta consequentia colligimus, per Iuris Rom. receptionem, utpote recentiore, atque haud interruptam, Leges Germanicas antiquas sublatas, et abrogatas penitus esse; uno uerbo; ualere et hic regulam: Ius prius abrogatur per leges aut consuetudines posteriores. Quare ad Ius Rom. propocanti receptionis, ex monitis aperte fluentis, probatio non absque summa iniuria iniungi potest; qui uero Ius Germ. allegat, probationem usus iudicialis nullo iure declinare ualet. Idem de Belgio agnoscit GROENEWEG. alias fat rigidus legum Rom. ualorisque eis adscribendi, Censor, de LL. abrog. ad §. 6. proëm. Inst. ita scribens: *Cum ius Rom. passim summa ratione atque aequitate abundet, olim pro iustitiae et aequitatis exemplo, in Belgii dicasteris allegatum, tandem uero pro legibus receptum est; atque etiam apud nos regulariter uim atque auctoritatem obtinet.* Male uero haecenus disputatis occinitur; non uidentum esse, quid fiat, sed quid fieri debuerit; per errorem Ius Rom. receptum esse, nobis meliora edoctis errorem illum, a maioribus incautis admissum, excutiendum; turpe quoque esse, alieno iure uiuere. Primo enim praeterquam, quod res meri arbitrii sit, ius alienum recipere, etiam rationes fat praegnantes Maiores nostros, cur Ius Rom. reciperent, habuisse, facile deprehendes, si consideres defectum iuris uniuersalis; litium, seposito quippe iure antiquo des *Sauss. Rechts* / magis magisque gliscentium frequentiam; paucitatem casuum in iuribus patriis, satis incultis,

B

*Obi. Ius Rom. per errorem esse receptum.*

*Resp. r. neg. errorem. a) ob causas, quas maiores habuerunt.*

b) ob Principum uoluntatem manifestam.

decisorum etc. Deinde, cum Principes Imperii ipsi met se ex LL. Rom. iudicari, subditosque suos, omifsa curiosa in proprios mores inquisitione, ad Ius Rom. discendum in extraneas oras concedere, certissimeque illud secum reducturos esse, sciuerint; ipsi quoque Iuris Rom. Professiones ordinarint; legibus suis, in quibus insignia Iuris Rom. uestigia et testimonia pro eodem continebantur, plerumque subscripserint; Leges Imperii praeterea, absque statuum contradictione ad Ius Rom. prouocarint; quomodo, quaeso, Ius Rom. per errorem receptum dici potest? Sed esto, per errorem receptum esse Ius Iustinianicum, tamen et consuetudinem per errorem receptam, et longo usu probatam, pro lege ualere, rationis est. Vid. BRUNNEM. l. 39. ff. d. con-  
*Juri.* Rebus itaque iam sic stantibus, seposito iure ha-  
 Resp. 2. etiam consuetudinem per errorem introductam obligare.  
 Resp. 3. priuati non esse, contra consuetudines pronunciare.  
 Resp. 4. turpe non esse alieno iure uinere, additis rationibus.  
 stenus recepto, et uel ex ueteramentis, uel ratione sua, parum quandoque scopum feriente, partiumque studiis fores pandente, iudicare uelle, priuati cuiusdam non est, sed hoc legislatorio arbitrio relinquendum. Alieno uero iure uiuere, nemo cur Germanis uitio uertat, habet, cum nationes aliae plurimae, non minus excultae, eodem iure utantur; ac Ius Rom. a Graecis, omnium nationum olim politissimis, descendat, longoque usu ad illam culturam, quam nullius alterius gentis leges ad hoc usque tempus expertae sunt, laudatum ius perductum sit. At inuenta aliorum egregia ad proprium usum applicare, nunquam turpe habitum fuit; in hoc enim hominum sortem laborare, quod DEVS omnia non det omnibus, et nemo sibi sit satis, indigeatque alter ope alterius, quotidiana edocemur experientia. Quid? quod et Germani nobili-

bilibus inuentis gloriari possint, quorum usum aliae gentes sibi tribuere turpe non existimarunt.

## §. V.

Ab hactenus disputatis forte non omnino alienus est ILL. DN. THOMAS. quippe qui in *diss. de exig. us. Iur. Iustin. in for. Germ.* §. 16. ait: *absque summa calumnia sibi imputari non posse, ac si ius Rom. contemnat, et odio prosequatur, uel ius patrium plus iusto aesiimet, ac id loco legum Romanarum uelut reducere in Academias et fora, cum tamen multis ineptiis idem ius labore, et in plurimis negotiis non sit aptum ad statum hodiernum, aut reductio eius non sit possibilis.* Paucis interiectis satis clare inculcat: *se neque iuris ueteris Germanici obsoletos articulos, multo minus Systemata uetera speculi Saxonici et Sueuici reuocare uelle in usum forensem, neque compilationem ipsam speculorum praeferre corpori Iuris Iustiniano.* Pergit §. 17. in *legibus Codicis ac Nouellis multa egregie bona contineri, et plerumque magis cum dictamine rectae rationis ac regulis prudentiae ciuilibus conuenientia, quam correctiones et contradictiones Iuris Canonici, ICorum etiam fragmenta in Pandectis satis ostendere, eos fuisse homines satis prudentes et eruditos; mores uero patrios et horum collectiones in Spec. Sax. et Sueu. quod concernit, apertum esse et euident, compilatores illorum Speculorum pro barbarie illorum temporum fuisse homines uera eruditione destitutos, et multas ineptias immiscuisse collectionibus.* Denique §. 12. asserit: *se, cum exiguum iuris Iustinianei usum defendat, sollicitum esse potissimum de legibus, quae uel ex ratione Status Reip. Rom. fluxerunt, uel ad Remp. Rom. in specie spectant.* Quae omnia uti facile concedi possunt, in multis tamen argumenta ab eodem adducta amplius quid spirare uidentur, praesertim cum et BEYER, quem

Consentire  
hiscce uide-  
tur ILL.  
THOMAS.  
quod pro-  
batue.

Argumen-  
ta tamen ab  
ipso addu-  
cta ultra

progre-  
duntur uti  
ex iudicio  
B. BEYER  
facile pa-  
ret.

quem pro sua sententia militasse ILL. VIR §. 1. asserit, praef. ad ff. §. 18. post istam disputationem iam fabulam, de receptione iuris Rom. expressa, iacere, gloriatur. Breuissimis itaque potiores rationes, quae contra nos facere videntur, huc transcribemus, et Pacē ILL. VIRI argumenta contraria, quae vicissim regei posse videntur, subiicere tentabimus.

## §. VI.

Arg. I.  
circa me-  
thodum,  
de moribus  
in studio  
Iuris fun-  
damenti lo-  
so ponendis.  
Resp. neg.  
1. ob defe-  
ctum iuris  
uniuersalis  
morumque  
insufficien-  
tiam.  
2. Iuris  
Rom. re-  
ceptionem,  
quam nec  
dissentien-  
tes negant.  
3. effe-  
ctum utri-  
usque me-  
thodi eun-  
dem.  
4. difficul-  
tatem, si  
ad singula-  
rum pro-  
uinciarum  
mores de-  
scendere  
uelis; et

Primo carpitur §. 1. p. 2. methodus hactenus in docendis iuribus obseruari solita, et alia suggeritur: ut in iuris moribus patrii, nulla lege aut consuetudine abrogati, fundamenti loco exponantur, his ex Iure Canon. exceptiones subiiciantur, denique Ius Iustinianum in subsidium aduocetur, qua illa tamen solum negotia, in quibus receptum. Sed, mores uniuersales dari paucissimos, iam supra monitum, et hoc ipsum auctoritas et praxis provinciarum singularum docet; e contrario ex ipsius ILL. VIRI testimonio §. 1. generale per Germaniam Iuris Rom. studium, et per hoc receptio in antecedentibus euicta est, simulque ex BEYERO demonstratum, mores Germanorum causis decidendis plane insufficientes dudum fuisse. Iam uero insignem talis methodus difficultatem pareret, si fundamento admodum tenui corpus vastissimae molis imponeretur. Certe res eodem recideret, atque in utraque methodo eodem defungendum esset labore, siue ius Civile supponas, siue mores patrios; utrobique illud maximam sibi uindicaret partem. At, si etiam ad mores cuiuslibet provinciae peculiare delabendum, iique in unum corpus colligendi essent, opus quidem egregium ac uiris doctis pergratum, sed sua amplitudine desperatum, atque multis annis haud absoluendum, eoque Audi-  
tori-

toribus summopere inuisum aggredieremur. Cum enim ex omnibus terrarum oris confluere in Academias Studiosi consueverint, et singulis molestum saepius sit, audire aliarum nationum instituta, quae quandoque paucissimis interferuntur, uti ipse in iis, qui ex plagis remotioribus hanc Academiam adeunt, si quaedam de iure Saxonico insperguntur, deprehendi. Quid, quaeso, non futurum erat, si singularum prouinciarum iura uberius excuterentur. Imo ipsa methodus sibi contraria uidetur. Si enim mores haud abrogati fundamenti loco ponendi, certe exceptiones ex iure Can. desumi nequeunt; aut enim mores illi hodie ualent, sic non possunt exceptiones Iuris Can. in contrarium aliquid efficere, aut non ualent, sic nullis opus est exceptionibus. Illud potius commendandum fuerat, ut Studiosi Academias petitori a Viro, probe in hoc genere uersato, consuetudines moresque patrios, sibi explicandos curent, iuriumque prouincialium ac statutorum notitiam ante acquirant; uel, si hoc commode fieri nequeat, aut dubius adhuc sis, ubi sistere detur, et quo fata trahant, retrahantue, aut iura illius prouinciae, uti plerumque fieri deprehendes, Iuris Rom. principiis nitantur, eaque sancte inculcent, paucasque tantum exceptiones addant, consultum fuerit, post reditum ex Academiis, antequam officium ambias, per aliquot temporis spatium, in iudiciis uersari, cum uiris peritis sermones, de moribus ibi receptis, habere, in actis legendi occupari etc. et sic tandem differentiam iuris, quo quis imbutus est, et patrii addiscere. Nam, fatente ipsomet VIRO ILLUSTRIS, §. 25. in f. Non opus habet Studiosus Iuris in Academiis, ut ea ibi discat, quae in hoc foro particulari sunt recepta, neglectis

5. taedium,  
quod inde  
Auditori-  
bus crea-  
retur.

6. ipsius  
methodi  
contrarie-  
tatem.

Alia com-  
modior  
methodus  
ostenditur,

et eaque dis-  
sentienti-  
um testi-  
monio con-  
firmatur.

glectis aut posthabitis illis, quae in plerisque foris aliter se habent. Et melius talia postea discuntur, uel ex particulari ordinatione prouinciali, si quis in ea prouincia aut loco sedem fortunarum suarum figat, aut ex ipsa obseruantia iudiciali.

Cautela in morum inuestigatio- ne tenenda. fundamenta, seu documenta, inquirat.

## §. VII.

Arg II.

partem uix  
quinquage-  
simam de  
Iure Rom.  
in usu esse.  
Resp. prae-  
missio mo-  
nito,

1. testari  
DD. quan-  
doque de  
non usu  
in sua pro-  
uincia, sed  
hoc non u-  
niuersali-  
ter statim  
accipien-  
dum esse;

verum re-  
quiri ge-  
neralem,  
aut pluri-  
morum  
DD. con-  
sensum.

Pro reprobanda methodo, haectenus in Academiis consueta, §. 3. p. 6. monetur; uix decimam, imo quinquagesimam Iuris Iustiniani partem in usu esse, idque cum a se, tum a Beyero in not. ad Inst. et ff. adductis obseruationibus eorum, qui pro insigni Iuris Iustiniani usu certent, et tamen circa non usum in singulis uel plerisque consentiant, demonstratum esse. Vbi quidem concedimus, esse Iuris Rom. capita, quorum utilitas hodie sit exigua, e. g. de feræis, stipulationum solennibus etc. Deinde non praetereundum, esse quandoque alicuius capituli non usum, sed neutiquam uniuersalem, uerum huic illiue tantum prouinciae proprium; ut saepius in hac prouincia, u. g. Saxonia, caput aliquod non obtineat, quod tamen, extra eandem uigere, in dubium neutiquam uocare licet. Si quis ergo haec particularia DD. testimonia, de certa tantum prouincia intelligenda, colligere; u. g. ad DD. Saxonicos de sola sua Saxonia non usum asserentes, neutiquam uero de aliis prouinciis loquentes, atque uticissim de alio capite u. g. in Bauaria non ualente, ad Manzum prouocare uelit, sane haud dubito, non usum etiam centesimae partis erui posse. Sunt itaque in conquirendis DD. testimoniis non unus, alteriusue, de sua forte prouincia tantum cogitan-



tantis, sed plurium, in diuersis prouinciis degentium, amice conspirantia testimonia producenda, et ex iis usus aut non usus iudicandus. Quando uero etiam ab ILL. AVCTORE VOX: *plerisque*, additur, illa indicio est, multa esse, de quibus ex propriis principiis ab ipso et B. Beyero disputatur, sed tale testimonium, tanquam in propria causa, reiiciendum esse, ipse §. 25. docet.

## §. VIII.

Insequitur ILL. VIR. §. 9. et u. aiens: *multas definitiones, diuisiones, regulas interpretandi et axiomata etc. in Iure Iustin. contineri, legum numero neutiquam habenda.* At definitiones quod attinet; mihi distinguendum uidetur, inter definitiones descriptiuas, etymologicas, similesque; atque accuratiores, ipsam rei naturam exhaustiuas, et plenius sistentes. De illis, intelligenda l. 202. ff. d. R. I. quod parum sit, quin subverti possint, adeoque nolo affirmare, pro legibus eadem esse accipiendas. Sed nec tantus illarum numerus, ut uel millesimam iuris partem conficiant. Definitiones accuratiores e contrario, in quibus naturarum plenius exhibetur, utique legum naturam induunt; et, quid de hoc illoue casu, ad quem definitio proposita non quadrat, habendum sit, perspicue ostendunt, ita quidem, ut, si definitionis requisita applicari nequeunt, iam aliter iudicandum sit, atque iudicatum fuisset, si definitio locum sibi in eodem uindicasset. Parile de diuisionibus iudicium esto; nam uel inanes tantum continent subtilitates, quales tamen aut nullae, aut paucissimae in corpore iuris dantur; uel necessario a se inuicem secernenda disiungunt. Prioribus

2. Saepius a dissentientibus de non usu alicuius materiae ex propriis principiis disputari

Arg. III. definitiones, diuisiones etc. ad leges referendas haud esse. Resp. I. diff. inter definitiones etymologicas etc. et accuratiores. Posterioribus utique definitio legum competia.

2. diff. inter diuisiones, meram subtilitatem continentem, et iustas.

Et istis uis  
legalis tri-  
buitur.

uim legalem iterum nec ipse tribuerim; posteriores uero reuera nihil aliud sunt, quam casuum diuersorum distinctiones, ubi simul, quid in hoc, quid in altero casu obtineat, docetur, et eiusmodi diuisionibus legum definitionem competere manifestum est. Sugerunt enim, duos casus sibi nonnihil similes aliter esse decidendos. Neque axiomatibus legalis uis de-

Idem, de  
axiomati-  
bus, iudici-  
um esse fe-  
rendum,  
demonstra-  
tur ex re-  
gula: nemo  
ex parte te-  
status etc.  
Obi. regu-  
lam hanc  
ad ius Ger-  
manicum  
quodam  
cui respon-  
detur.

negari potest. Sic, quando in iure habetur: neminem ex parte testatum, et intestatum decedere posse, statim exinde casus deciditur, ubi quis in dimidia tantum bonorum parte haereditatem instituit. Verum carpit hanc ipsam regulam L.L. VIR §. 36. p. 80. obiciens: *hanc regulam ad principia Iuris Germ. non quadrare, secundum quae nemo de bonis auitis disponere queat.* Sed hoc ipsum caput tale est, quod per receptionem iuris Rom. aboluitur, uti ipse L.L. VIR fatetur *cit. §.* uerb: *Esi haec subtilitas Iuris Rom. in Germania superiore auctoritate Doctorum Academicorum, in multis locis fuerit introducta.* Praeterea, etiamsi hodiernum de auitis, disponere non liceret, nihil tamen huic regulae obstat, quo minus in bonis nouiter acquisitis obtinere possit. Imo ipso iure Rom. limitatur, exceptis excipiendis, nam neque de bonis fideicommissis obnoxii testari permissum est. Sed satis de regula: *nemo ex parte testatus* etc. Contra ipsam doctrinam de definitionibus, diuisionibus etc. excipitur sub finem §. s. has tantum intellectum informare, huic nullas leges praescribi, ergo neque legalem uim ipsis tribui posse. Respondemus per instantiam: Princeps legem promulgando informat intellectum, ut sciat homo, quid Princeps postulet. Ergo, neque subditi obligati sunt. Duplex officium est et legum in genere,

et

et definitionum ac diuisionum legalium, ius requisitis constantium, in specie; nempe partim informare intellectum, ut scire queant subditi, quid iustum atque iniustum sit, partim etiam normam praescribere uoluntati. Sic per definitiones ac diuisiones rite informatus intellectus causas et in foro perorare, et decidere nouit.

§. IX.

Porro §. 6. p. 11. et §. 12. p. 19. obuertitur: *Si doctrina Iuris Rom. in quibusdam cum recta ratione conueniat id pro usu legum Romanarum non magis habendum esse quam si ex Cicerone, Seneca etc. similia allegarentur; neque ea, quae Iuris Naturalis sunt, in usum Iuris Iustiniani, committenda esse.* Insigni probabilitate haec omnia se se commendare, quilibet forte fatebitur. Verum enimuero uti legum, a Principibus nostris latorum, non minor usus ex eo asseritur, quod multa cum ratione conueniant; ita nec apparet, quomodo usui Iuris Romani, generaliter recepti, idcirco aliquid detrahi possit. Potius illud, quod et Iure Iustin. et Naturali idem sit constitutum, ex notissimo canone: duplex vinculum fortius ligat, ad maiorem Iuris Rom. auctoritatem facit. Obligat itaque Ius Rom. partim, quia Iuris Naturalis praecepta religiose inculcat, partim quia in iudiciis nostris per sat longum spatium iam receptum. Et, si Germani ea, quae Iuris Naturalis non sunt, receperunt, multo magis, quae ex Iure Naturali deprompta sunt, una recepisse ac approbasse, iisque uim legalem inesse uoluisse, censendi. Quamuis caeteroquin parum referat, ex quocunque capite Ius Romanum, quatenus iura Naturalia proponit, in foro ualeat. Sufficit, Ius Rom. ualere, ex quocunque capite sit.

Arg. IV.  
 ea, quae ex ratione fluunt, sed non propter receptionem Iuris Rom.  
 Resp. I. idem de Legibus aliis dici potest, sed inde non usus haud probatur; uerum.  
 2. sufficit, Ius Rom. ualere, ex quocunque capite sit.

C

ficat, quod ualeat, nec male ad illud prouocetur. Aut enim lex, quam quis pro se allegat, iuris Naturalis est, sic procul dubio sententia iuxta eam ferenda; aut talis esse negatur, ita propter iuris Rom. receptionem iterum attendenda.

## §. X.

Arg. V. libertatem competere interpreti, ostendendi prouam cohaerentiam, antinomi- am etc. Resp. 1. non temere rationes inadaequatas, omiffis adaequatis, esse carpendas;

2. usum practicum non propter suspicionem malae cohaerentiae damnandum, aut negandum esse.

Pergit ILL. VIR §. 7. p. 13. dicens: *relinquendam esse genuino iuris interpreti libertatem ostendendi malam rationum in LL. Rom. occurrentium cohaerentiam, antinomiam, errores Triboniani etc.* Id fieri, facile permittere possumus, modo meminerimus, plures saepe dari rationes, quarum aliae adaequatae, aliae inadaequatae; cauendum itaque esse, ne adaequatarum obliuio inadaequatas tantum, intempestiuo carpenti studio, uti quandoque fieri solet, sub censuram uocemus; aut nimia crisi multa, tanquam erronea, absurda etc. damnemus, quae tamen talia haud sunt, adeoque non sine causa, praecipitati iudicii notam apud alios incurramus; quam in primis BEYERVS saepius mereri nobis quidem uidetur. Amplius, si quid in praxi receptum, uti in casibus iis etiam, ubi leges non satis cohaerere uidentur, fieri ILL. AVCTOR §. 7. ipsemet annotat, illud non ex nostro ingenio, sub qualicumque malae cohaerentiae opinione, reformandum, aut, si id omittatur, salutem Graeciae periclitari, ominandum est. Quae enim connexionis non adeo felicitis insimulantur, res indifferentes concernunt, de quibus Principi prolubitu disponere fas est. Atqui receptio dispositionum Principalium uim obtinet, contra quas unius alteriusue, leges orbi praescribere non ualentis, priuato ausu suscepta reformatio nihil operatur; ac iure meritoque exulat.

## §. XI.

## §. XI.

Amplius §. 8. 9. 10. p. 13. seqq. dicitur: *occurrere in* <sup>a) esse plurimos casus</sup> *lure Rom. plurimas decisiones casuum specialissimorum, per rarissime* <sup>b) decisiones</sup> *integrum seculum, uix semel existentium, et, licet casus frequentissime occurrant, non tamen eorum decisiones esse leges, sed interpretaciones, quae nos haud obligent, cum nullus esse tantum* <sup>c) hodie</sup> *ICtus potestatem alium obligandi habeat; idque reuera ita se* <sup>d) Statu</sup> *hodie habere, dum ICTi hodierni uarie de lure soleant re-* <sup>e) Ex lure</sup> *spondere, neque probabile esse, Imperatorem ac Sta-* <sup>f) Rescrip</sup> *tus Imperii recipientes lures Rom. huius usum adeo irratio-* <sup>pro rebu</sup> *nabilem uoluisse introducere, ut nostri ICTi sequantur in-* <sup>judicatis,</sup> *terpretaciones Romanorum: praeterea a lure Rom. nihil,* <sup>non legibus,</sup> *nisi protractiones litium, contradictiones etc. promitti posse.* <sup>esse habenda.</sup> *Confirmatas etiam leges ff. ab Imperatoribus non amplius quam* <sup>g) additur</sup> *legibus Codicis asserendum. Illustratur hoc §. 39. p. 89. exem-* <sup>exemplum</sup> *plo duorum una suspensorum, ubi non ex impubere* <sup>de suspen-</sup> *actate, iudicandum, sed uter prior suspensus, inquiren-* <sup>sis.</sup> *dum docetur. At esto, dari casus plurimos rarissime, ut* <sup>Resp. ad a)</sup> *aiunt, in terminis occurrentes, uicissim tamen notum* <sup>casus ra-</sup> *est, argumentum in iure a similibus capi, casusque* <sup>rissimos in</sup> *diuersos sibi ad mutuam illustrationem et decisionem* <sup>similibus</sup> *inseruire. Quo stante, uix fieri potest, quin casus,* <sup>habere</sup> *quem rarissimum putasses, saepius occurrat. Taceo,* <sup>utrum</sup> *nec honorificum ICTo futurum, si ad casum, quam-* <sup>opini-</sup> *uis rarissime obuenientem, respondere nesciat. Caeterum largimur quidem, nullum ICTum regulariter facultate alios obligandi, ut suam sententiam amplectatur, gaudere; aliud e contrario tamen asserendum, ubi alicuius ICTi Responfa, interpretaciones, et*

Resp. ad b) utique ob-  
 ligare in-  
 terpretati-  
 onem, con-  
 suetudine  
 approba-  
 ram.  
 Resp. ad  
 c) 1. per in-  
 stantiam,  
 etiam in  
 LL. hodi-  
 ernis uarie  
 saepius re-  
 sponderi.  
 2) dissen-  
 sum non  
 esse de au-  
 ctoritate,  
 sed sensu  
 legum.  
 Id quod  
 exemplo  
 SS. litera-  
 rum de-  
 monstra-  
 tur.  
 Resp. ad  
 d) prouo-  
 cando ad  
 praxin,  
 quae ex-  
 emplo cor-  
 roboratur.  
 Resp. ad  
 e) 1. maio-  
 rem fore  
 incertitu-  
 dinem, si  
 ius Germ.  
 reducere-  
 mur.  
 opinioniones, publica auctoritate, ui legali donata, et  
 cum hac confirmatione alibi recepta; tunc certe re-  
 ceptio pro lege est, adeoque dubio procul dissentien-  
 di facultatem excludit. Iterum concedimus, uarie so-  
 lere circa applicationem Iuris Rom. a DD. respon-  
 deri. Sed et idem in aliis legibus cum Imperii, tum a  
 Statibus in suo territorio latis, usu uenit, uerum propter  
 ea de auctoritate ipsarum legum dubitare uix inte-  
 grum est. Sic etiam dissensus Collegiorum, uarie re-  
 spondentium, plerumque non est de auctoritate Iuris  
 Rom. sed de eo, quomodo lex ad casum praesen-  
 tem applicari debeat. Utraque pars Ius Rom. rece-  
 ptum, et secundum leges, in illo propositas, respon-  
 dendum esse fatetur, et quisque pro sua sententia le-  
 ges allegat. Simile quid in Sacris literis deprehendi-  
 mus, quarum auctoritatem omnes exosculantur, sed  
 in explicandis iisdem inter homines diuersae religio-  
 nis, imo saepe eiusdem, non satis conuenit. Impera-  
 torem et Principes Imperii probabiliter noluisse, no-  
 stros Ictos sequi scita Ictorum Romanorum, sed il-  
 lis libertatem philosophandi reliquisse, est contra ma-  
 nifestissimam Imperii praxin, dum Principes perpetuo,  
 testantibus actis publicis et Cameralibus Respon-  
 sis, strictè secundum Iuris Rom. ductum iudicati fue-  
 runt, et se iudicandos sciuerunt, nec non adhuc, nisi  
 casus in LL. publicis aliter decisis, iudicantur. Quod  
 exemplum ab ipso ILL. DN. AVCTORE de tutoris  
 constitutione ante factam emancipationem uberius de-  
 clarat. Maiorem Iuris incertitudinem, atque si redu-  
 ceremus Ius Germanicum antiquum, introduci non  
 posse, et multo maiorem futuram, quam nunc est, se-  
 quentia probant. Nam praeter eas, quas circa Ius  
 Ro-

Romanum experimur, difficultates perpetuae forent  
 lites, 1. an tale ius unquam in Germ. obtinuerit. 2.  
 num uniuersale fuerit, aut certe 3. in illa prouincia,  
 de qua nunc quaeritur, obtinuerit. 4. num ad hodiernum  
 statum applicari possit. 5. unde reliqua, de quibus  
 nihil disponitur, supplenda. Ut omittamus reliquas  
 de sensu, applicatione, interpretatione etc. quaestiones.  
 Nescio quoque, cur protractiones litium lu-  
 ri Rom. imputentur, cum tamen Ius Canon. quod a  
 Dn. Auctore, tantopere commendatur, ambages, qui-  
 bus nunc laboramus, excogitauerit. Falso quoque as-  
 seritur, decisa Ictorum in LL. ff. et Rescripta Im-  
 peratorum in Codice tantum uim rei iudicatae ad sum-  
 mum, quae tamen ut res inter alios acta, ad alios  
 non pertineat, obtinere. Distinguendum enim est,  
 utrum de iure, an de facto dubio, agatur. Si de fa-  
 cto dubio Princeps rescribat, tum utique inde ius,  
 quod alios obstringat, exsculpi non potest. Ve-  
 rum ubi de iure dubio rescribitur, tunc Rescriptum  
 tale decisuum duplici munere fungitur, et ius facit  
 in aliis causis, et simul rem iudicatam in casu praesen-  
 ti constituit; u. g. si Princeps rescribat, quid in Ge-  
 radam computandum sit. Praetereo, in plurimis esse  
 generalissimas dispositiones et rationes, ut sponte sua  
 obiectio de re iudicata cesset. Denique, quod de suspen-  
 sis monetur, ut nouum quid haud puto considerandum,  
 sed ex ipso iure Rom. aliter, atque ILL. AVCTOR sta-  
 tuit, responderi non posse, persuasum habeo; siqui-  
 dem ius Rom. de casu dubio tantum agit, ubi forte  
 constare nequit, quis prior perierit, at, ubi ueritas  
 alio modo inuestigari potest, frustra ad praesumptio-  
 nes confugeretur.

2) non iu-  
 ri Ciu. sed  
 Canon.  
 ambages  
 deberi.

Resp. ad  
 f) Distin-  
 trum Re-  
 scripta a-  
 gant de fa-  
 cto, an de  
 iure; si po-  
 sterius, pro  
 rebus iudi-  
 catis meris  
 haberi non  
 possunt.

Resp. ad  
 g) nihil no-  
 ui in deci-  
 sione con-  
 tineri.

## §. XII.

Arg. VII.  
Ius Canon.  
praeferen-  
dum esse  
Iuri Rom.  
qua occa-  
sione et Celeb.  
Boehmer re-  
futatur.

Deinde, *Ius Canonicum* §. 13. p. 22. *Studio Iuris Rom. praefendum, et magis, quam istud, in foris Principum, etiam Protestantium, receptum esse, asseritur, propterea, quod prius, quam Ius Civile, Germaniae Ius Canonicum innotuerit; uel enim Pontifices retinuisse, uel abrogasse leges Iustinianaeas; si posterius, frustra Ius Rom. addisci, cum istud post Ius Can. introductum demum receptum fuerit; sin prius, ualere Ius Rom. apud nos tantum propter auctoritatem Iuris Canonici, quatenus ab hoc confirmatum; in seqq. §. §. 14. et 15. refutatur Celeber. Boehmer. qui pro auctoritate Iuris Rom. multa in Iure Eccl. tit. de consit. adduxerat, ac inter alia §. 52. et 53. affirmauerat, fere simul et eodem tempore utrumque Ius Rom. et Canon. in materiis secularibus per Germaniam uigere coepisse, utrumque Iuris Ciu. iam Sec. XIV. et ante in Iudicia Germaniae penetrasse. Iam quidem, causam Celeberr. Viri agere, animus non est, nam sunt quaedam de quibus alio ex capite in seqq. contra ipsum monebimus, sententiam tamen eius uerissimam, et extra controuersiam ponendum iudico, iam Sec. XIV. et ante Ius Ciu. in materiis secularibus praefertim, in iudicia penetrasse; neque argumenta hinc inde commemorata, imprimis, quod Pontifices plurima sua ex Legibus Rom. desumerint, et sine Iure Rom. atque Glossa Ius Canon. satis intelligi haud potuerit, adeoque necessaria utriusque iuris commixtio fuerit, satis remota existimo. Nam egregie Viri Celeber. sententiae adminiculatione Aurea Bulla 1356. adeoque medio Sec. XIV. condita, ubi tit. 24. omnia et singula Iuris Rom. scita iisdem plane uerbis religiose repetita, addita simul notabili formula, qua uti solent, qui ad leges alicubi uigen-*

Resp. 1.  
Sententiam  
Dn. Boeh-  
meri pro-  
bari a) ex  
necessitate.

b) ex Au-  
rea Bulla.



uigentes prouocant: iura uolunt, etiam solum conatum puniri pro effectu sceleris etc. Si itaque ius Ciu. tunc haud receptum, aut ad iura Romana, tanquam notoria, & obligatoria, prouocare moris non fuisset, inepte admodum Carol. IV. dixisset: *iura uolunt*. Idem in aliis casibus deprehendere licet; ubicunque enim legis alicuius, ab Imperatoribus publicatae, uestigium extat, semper ad Ius Rom. rarissime ad Ius Pontificium prouocatum esse deprehendes. Cuius ratio primaria haec erat, quod se Imperatores Rom. appellarent, ac omnia priorum Rom. Imperatorum facta, tanquam Antecessorum suorum, sibi tribuerent. Quod *Consil. Maximil. von Gotteslästern 1495.* satis declarat. Consentit alia *Consiliatio laudati Maximil. von Notar. tit. de testam. de anno 1612.* ubi Notarii ablegantur ad Iura Caesarea, uerb: *Denn nach Käyserl. Rechten sind zweyerley Testament (nuncupatiuum scilicet et scriptum) it. §. 2. Und sollen die Notarii Aufmerksamkeit haben / daß NB. nach Käyserl. Rechten zu Aufrichtung aller / oder letztgemeldter Testamenten auß wenigste 7. Zeugen nöthig / zu denen auch der Notarius gezehlet wird.* Simile quid obseruatur in *Ord. Carol. art. 120.* et Carol. V. uerb: *Sollen NB. nach Sage unser Vorfahren und unser Käyserl. Rechten gestraffet werden.* Ex quibus, aliisque plurimis locis, quos huc transcribere haud necessarium esse ducimus, aperte colligitur in magno et crasso errore uersari, qui uoces: *gemeine Rechte / Käyserl. Rechte* etc. in Legibus Imperii saepius occurrentes, contorta interpretatione de legibus Imperii, seu in Imperio nostro Germanico latis, explicant, cum tamen neque similis lex uspiam ostendi possit, et substrata materia ipsa manifestissima Iuris Rom. principia pro-

Resp. s.  
Ius Rom.  
magis re-  
ceptum  
probari  
posse ex  
Rec. Imp.

Et consti-  
tutionibus  
Maximi-  
liani.

et Carol. V.

Notatur  
error, uo-  
cem: Käy-  
serl. de Iure  
Imp. inter-  
pretan-  
tium.

proponat. Ita ergo contra ILL. VIRVM dissentientem exinde argumentamur; partim iam Sec. XIV. Ius Rom. in Imperio receptum fuisse, partim quoque postea aequalem ad minimum cum Iure Canonico, imo maiorem obtinuisse auctoritatem, cum in LL. Imperii uel plane non, uel certe rarissime, ad Ius Canon. prouocetur, ubi uis doctrinae Iuris Rom. repetantur, u. g. in testamentis, ad quae Iure Can. duo tantum testes sunt necessarii, ac Imperatores Germanici Imperatorum Romanorum et Constantinopolitanorum leges,

**Disquiritur**  
de Sensu  
Const. Fri-  
der. et Ru-  
dolphi.

Resp. 3. ius  
Rom. ma-  
gis rece-  
ptum pro-  
bari ex ca-  
none ICro-  
rum anti-  
quorum.

Resp. 4.  
potissimum  
quaerend-  
um esse  
de auctori-  
tate Iuris  
Canon. ho-  
diernae.

sibi tribuerint, quo iure? iam non quaerimus. Sufficit ita receptionem iuris Romani promotam esse. Quare nec dubito, Constitutiones Friderici II. et Rudolphi Imp. quas citat Dn. Boehmer. §. 57. uerb. *man soll die Weltl. Gerichte an seinem Recht behalten* u. iuri Canonico ualde obstitisse, et eadem uerba de Iure Romano intelligenda esse; nec Iuris Canonici, nisi ubi de uitando peccato agebatur, aliisque paucis exceptis casibus, sub praetextu religionis, u. g. in matrimonialibus etc. ad forum Ecclesiasticum relatis, praerogatiuam aliquam fuisse, quorsum apprime facit canon antiquorum ICtorum: *Seruandum esse ius Canonicum, ubicunque agitur de peccato uitando.* Vid. ILL. DN. BOEHMER. §. 38. Vt unquam uero se res de antiqua Iuris Ciu. et Can. praerogatiua habeat, in illud potius nunc inquirere praestat, quantum hodie eidem iuri sit tribuendum. Vbi iam primo ex haecenus disputatis satis constare potest, Iuri Justiniano plus in Secularibus, paucis exceptis casibus, uel legum Imperii tribuendum esse; sub uoce: *Kaysersl. Rechte* nulla alia, quam Justiniana Jura, intelligi debere; necessariam fuisse combinationem Iuris utriusque, cum Canonico in plerisque ex Iure Ciuili et Glossis ad idem de-

defunctum fuerit, testante D. N. BOEHMER. l. c. §. 42. B. ZIEGLER. *diff. praelim. ad Instit. Iur. Can. Lancellott. §. 67. et avroſia.* Et procul dubio etiam antiquiores ICti cogitarunt: dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquae.

Quae omnia auctoritati, quam dissentientes praetendunt, nimium quantum detrahunt. Sed post Reformationem demum tantam accepit cladem Ius Pontificium, ut eius usus in paucis tantum capitibus supersit, idque plerique fatentur, ac Responsa cum decis, in casibus eiusmodi inprimis, in quibus Ius Civile a Canonico dissentit, abunde testantur. Agnoui id

B. BEYER in *Praef. ad ff. §. 28.* quem tamen pro sua sententia egregie militasse LL. VIR §. 2. laudat. Ita enim ille: *sunt materiae, in quibus Ius Canonicum prae civili Rom. receptum est, quod uidemus in causis matrimonialibus, processu iudicario, materia iuramentorum, et forte quibusdam aliis etc.* aliis post haec sententiis de iure Can. interiectis, hanc addit epicrisin: *Multo sanior de Iuris Canon.*

*utilitate et auctoritate est Philosophia B. Ziegleri in diff. d. Iur. Can. orig. §. 66. ubi uidete, et rationes eius perpendite.* Ziegleri uero, Doctoris Iuris Canon. solertissimi, Philosophia haec est: *et hac ratione, (nempe publice a Luthero combusto iure Canonico) apud Vitebergenses exequiae factae sunt Iuri Canonico, idque ab eo tempore prorsus exanime et tam eneruae fuit, ut, si qui ex eius cadavere resuscitati fuerint cineres, mera reputentur μωροδύναμια et inania terriculamenta, et §. 66. ait: utilitatem istam (quam sibi aliqui ex iure Can. promittunt) uix tantam esse, ut tam prolixum et saediosum studium, quod ei impendi solet, mereatur; atque paullo post: non uideatur igitur Decretum Gratiani aliam habere utilitatem, quam habere solent loci communes, aduersaria, aut collectanea, a*

D

quo-

Quam fere  
nullam esse  
testatur  
B. Beyer.

Et B. Zieg-  
ler. grauis-  
sime hac de  
re disse-  
rens.

quocunque priuato conscripta, quae quidem tanto minoris aestimanda erunt, quanto negligentior eorum fuerit consarcinatur; Tandem concludit: quae usum aliquem praebere possunt, inprimis sunt, quae circa iuramenta, causas matrimoniales, et processum iudicarium inueniuntur.

Obi. ILL. Boehmer. testimonia ICtorum Vitebergensium de auctoritate Iuris Canonici.

Resp. I. In rationem testimonii inquirendo.

2. idem cum Auctorum scriptis conferendo.

Sed maxime his obstare uidentur, quae CELEB. DN. BÖHMER. §. 63. segg. Iur. Eccl. iii. de Constit. monet, ubi per integrum Sec. XVI. recenset Professores Decretalium Vitebergenses, et ipsorum contentiones pro iure Can. indeque concludit, non obstante Reformatione, iuri Can. suam remansisse auctoritatem. Verum pleraque testimonia sunt ex orationibus, sub initium susceptae professionis habitis, deprompta, in quibus quandoque iusto maiora encomia adscribere moris est; et forte, illos hyperbolen quandam et auxesin admisisse ex scriptis eorum patet. Sic Wesenbecius, quem unum breuitatis studio exempli causa allegabimus, in iis materiis, ubi insignis inter ius Can. et ciuile intercedit differentia, tantum ius ciuile commemorat, ipsiusque placita probat, de iure Can. uero est altum silentium. Sic quando per c. 5. X. d. raptor. omne damnus ab haeredibus resarciri iubetur, et per c. 6. c. 30. q. 5. matrimonium sine dote contrahi prohibetur, WESENB. Paratit. cum in tit. ad L. Aquil. tum alibi, iuris ciuillis doctrinam, de haeredibus ex delicto defuncti non conueniendis, et tit. d. iur. dot. etiam sine dote, iuxta doctrinam iuris ciuillis, matrimonium recte celebrari, defendit. Porro ius Canoniceu usurarium, pactum antichreticum damnat. c. 1. 2. 3. X. d. usur. WESENB. tit. d. pignor. illud iterum adstruit. Quae omnia auctoris mentem seriam, de iure Can. satis produnt. Nec est, quod dicas, in paratitlis a Wesenbecio tantum ius ciuile proponi, adeoque ipsum

ipsum forte de industria a iure Canon. abstinuisse; nam, sicubi usus iuris Canon. aliquis est, illud nunquam praetermissum esse, collatio aliorum locorum satis docet. Plura allegare, ratio instituti non patitur.

## §. XIII.

Redit ad Jus Civile seu Justinianum ILL. AVCTOR §. 18. Arg. VIII. p. 31. et ait: *Sermonem sibi potissimum esse de iure Iustiniano* quæri de iure Rom. *recepto, non de abrogato; accusat deinde ignorantiam Sec. XVI. quod auctor Constit. de blasphem. Justinianum antecessorem Maximiliani uocet; addit: licet probatum esset, per legem publicam receptionem iniunctam esse, non tamen exinde receptionem adiuam probari, si uicissim ostendatur, non usum regnare in foro.* Resp. aff. Sed et receptio ex antecedentibus patet, & aliis quoque pro illa adducendis, quare non usus probandus. Consentimus, primo de receptione, non de abrogatione, quaeri; et solam publicam approbationem non sufficere, si contrarium, scilicet non usus, manifesto ostendi queat. Verum et receptionem ex deductis satis patere arbitror, et non usum fortiora desiderare credo argumenta, stante enim receptione, contra non usum est praesumptio. Porro, ignorantia Sec. XVI. cur accusetur, nescio, nam Constit. cit. Sec. XV. nempe anno 1495. prodiit, et ex eo, quod Justinianus antecessor Maximiliani uocetur, atque transgressiones legum Justinianearum pro transgressione legum Imperii reputentur, argumentum pro insigni auctoritate Juris Rom. desumimus. Accedit, quod consuetudo, etiam per errorem introducta, ius faciat. Quod eo magis probandum, cum et anteriores et posteriores Constitutiones, per supra deducta, ad Jura Romana, tanquam notoria et procul omni dubio obligatoria, prouocent. Atqui illis, qui tum temporis uixerunt, plus sane tribuendum, quam

qui nunc nobis aliud persuadere fatagunt, praesertim, cum ILL. DN. AVCTOR §. 2. ipsemet fateatur, controuersiam status Juri Rom. a Contingio, prima uice esse motam, qui tamen nec sine risu et contentu a DD. Juris sit exceptus. Ergo antea absque omni scrupulo Jus Rom. simpliciter obtinuit, et receptionem suam fatis stabiliuit.

## §. XIV.

*Arg. IX.* Concedit ILL. VIR §. 19. et 25. p. 33. aliquem Juris Justiniani usum, sed rariorem, et simul §. 20. 21. 25. sub-  
*a) dicitur, usum ex rebus indicatis uesti-* licit: *usum ex sententiis, quae uim rei iudicatae obtinuerint,*  
*mandum esse;* *iudicandum, a simili uero casu argumentandum haud esse, cum*  
*b) a simili Turcici, Persicique iuris magnus apud nos usus practicus dici* *nihil sit, quod non convenientiam habeat, et alias Graeci,*  
*argumen-* *posset, neque sola allegata sufficere, nam ab his DD. has, ab*  
*tandum non esse,* *aliis alias leges, imo et commentatores allegari solere; et u-*  
*et Persicum* *tramque partem ad allegata prouocare, nihilominus tamen u-*  
*ius dici pos-* *nam tantum pro se sententiam obtinere; Pragmaticis ergo*  
*set, apud nos obri-* *nihil tribuendum esse, ipsorum enim testimonia esse de propria*  
*re.* *causa et sententia, quam sibi met ipsi persuaserint, sed quae*  
*c) allegata* *eadem a dissimulantibus impugnetur, nec unum forum Germa-*  
*sola non* *niae adstrictum esse, ad obseruantiam alterius furi sequendam.*  
*sufficere; al-* *Vbi iterum quidem largimur, ex sententiis diiudican-*  
*legari enim* *dum esse usum, sed negamus, propterea solis illis in*  
*etiam Com-* *casibus, pro quibus sententiae ostendi possunt, ius Ro-*  
*mentatores,* *manum pro recepto esse habendum. Qua similitu-*  
*et utram-* *dinem duae occurrunt quaestiones. 1. an ex aliquali lu-*  
*que partem* *ris Rom. et nostri similitudine receptio Juris Rom. queat*  
*ad allegata* *probari? verum, dum supra ipsam receptionem satis ad-*  
*prouocare,* *struximus, non egemus argumentis a similitudine.*  
*sic tantum ob-* *2. Num*  
*tinere.*

2. Num a casu simili recepto ad similem liceat argumentari? Sed et forte hoc difficultate caret utique in quantum adest similitudo, ad similia argumentari licere, et quidem tamdiu, donec mores Germanorum contrarii producantur. Neque, supra diximus, sufficere, si olim quid more receptum fuerit, cum ius patrium partim multis ineptiis laboret, partim, et quidem in plurimis, non apte ad statum hodiernum applicari possit, nec reductio eius possibilis, fatente ILL. VIRO §. 16. Ergo, et mores eosdem haecenus obtinuisse, probandum, cum ab antiquo ad hodiernum statum concludere non semper fas sit. Nec obstat, quod receptio ad consuetudinem uideatur referenda, consuetudines uero strictissimam recipiant interpretationem, quae neutiquam admittit argumenta ad casus similes; nam istud uerum est saltem de consuetudine locali, non uniuersali, quae utique argumenta ad similia admittit. Caeterum duos saepe aduersarios ad ius Justinianicum prouocare, sed unum sententiam saltem obtinere, auctoritatem iuris Rom. non imminuit, sed auget, cum uterque receptum tacite affirmet, et diuersa solum argumenta pro se eruat; quae cum mirum quantum creberrime contorta sint, nec mirandum est, partem iis utentem causa cadere. Sic et non raro in Saxonia nostra, utraque pars per Ordinatos. Prouinciales ius suum cupit in crustare, sed argumenta diuersi ponderis euentum sententiarum inducunt. Commentatores uero allegantur, non tanquam leges, uti Iustinianae, uerum ut demonstretur, legem propositam a Celeberrimis aliis Ictis eod. modo fuisse explicatam, adeoque causam allegantis magis probabilem esse. De testimoniis in propria causa in superioribus actum est. Denique certum quidem in se est, unius iudicii decisa esse.

D 3

non

d) Praegmaticis nihil tribuendum esse, cum ipsorum testimonia sint in propria causa, nec unum forum per alterum possit obligari.

Resp. ad a)

ad b) Remouetur alia obiectio.

Resp. ad c)

allegando causas, cur saepe uterque prouocet ad

Ius Rom.

et unus obtineat,

item, cur

Commentatores al-

legentur.

Illustrantur haec

exemplo,

relatione

facta ad super-

iora.

Resp. ad d)

in omnibus iudiciis ad ius

Rom. semper prouocatum

esse.

non protinus in aliis ius facere; uerum ad ius Rom. applicari hoc nequit, cum non in uno tantum iudicio, sed uniformiter per totum Imperium ad ius Rom. prouocetur, et semper prouocatum sit; rationem etiam huius rei assequi, difficile non sit, siquidem ex omnibus Germaniae Prouinciis multi fuerunt, qui iuri operam dederunt, adeoque deinde in iudicia introduxerunt, quae omnia superius deducta.

## §. XIV.

Denique §. 46. p. 112. allegatur STRYCK. *diff. prae-*  
*Ius Sax. et-* §. 29. ubi iste ius Saxonicum in terris Saxonice  
*iam ad non* obtinere tradit, sed uicissim monetur: *Ius Saxonicum*  
*Saxones* *non restringendum esse ad terras, tantum ad Saxonicum Vica-*  
*pertinere.* *riatum pertinentes, sed quoque ad reliquas pertinere, cum*  
*certum sit, Repcouium non collegisse mores, Saxonibus peculia-*  
*res, sed, qui in speculo Saxon. continentur, fuisse maximam*  
*partem reliquis Germaniae populis communes, idque fassum*  
*esse auctorem Speculi Saeu.* Verum non immerito mi-  
 ror, ILL. VIRVM tantum tribuere Iuri Saxonico,  
 cum tamen certissimum sit, nullam omnino Prouin-  
 ciam per Germaniam esse, quae non diuersa instituta  
 et olim habuerit, et adhuc habeat, uti §. 3. moni-  
 tam. Insignis itaque iniuria inferretur reliquis Prouin-  
 ciis, si ipsae ad ius Saxonicum sequendum adigeren-  
 tur. Illud potius, si de auctoritate Speculi utriusque  
 quaeratur, attendendum; fuisse utrumque priuata au-  
 thoritate compilatum. Atqui unius priuati nulla potestas  
 alios obligandi est. Deinde debitam compilatores non  
 adhibuere diligentiam, quod ipsius ILL. VIRI testimonium  
 §. 17. confirmat, ubi sincere docet, fuisse compilatores ho-  
 mines solida eruditione destitutos, et multa inepta admi-  
 sisse;

Arg. X.  
 Ius Sax. et-  
 iam ad non  
 Saxones  
 pertinere.

Resp. I. sin-  
 gulas Ger-  
 maniae  
 prouincias  
 singularia  
 semper ha-  
 buerunt  
 instituta.

2. compi-  
 latores pri-  
 uata aucto-  
 ritate ege-  
 runt.

3. Debi-  
 tam dili-  
 gentiam, ad  
 mores uni-  
 uersales



fisse. Sed ad mores Germaniæ in genere colligendos maxima diligentia requiritur. Potius, plurima ex iure Rom. compilatorem Spec. Sax. descripsisse, inspectio comprobat, et, quod pessimum, talia descripsit, quæ ipse perperam intellexit, unde et absurdissimum sensum in suo speculum saepe intulit, quod idem in Weichbild factum. Videmus hodie Doctores, et quidem tales, quibus palmam eruditionis nemo dubiam facit, in testimonio de moribus patriis ferendis labi, et alios itidem doctos experiri dissentientes, quid, quaeso, non suspicandum est de compilatoribus illis. Praeterea non inepte opinantur Viri docti, Specula, propter solennem a Pontifice factam damnationem, uix ob summam Papæ in Germanos auctoritatem in usum esse deducta. Ex quibus iam facile apparet, quam parum et speculis ipsis, et auctori Speculi Sueuici, eiusque testimonio tribuendum sit, maxime, cum hoc ei curæ cordique fuerit, sollicite Speculum Saxonicum describere, et extantiora solum capita, ubi manifestissima, ac in omnium oculos incurrens, erat differentia, u. g. circa Geradam etc. mutare. Quod si uero nihilominus uetera illa Specula sequenda essent, sane non protinus speculum Saxonicum ultra Saxoniam extendendum, sed prius Speculum Sueuicum attendendum esset. Tandem quando

*VIR ait: maximam partem uniuersales mores a Repcouio collectos esse, huic doctrinae ipse Repcouius in praefat. contradicit, et se Saxonum tantum mores collegisse profitetur; praeterea, quauis occasione data, noua quaestio emergeret, num hoc illudue ad maximam illam partem pertineat.*

colligendos necessarium, non adhibuerunt.

4. Plurima ex ipso Iure Rom. descripta.

5. Fuerunt debita eruditione destituti, et facile lapsi sunt.

6. Dubio procul Spec. utrumque uix in usum constantem deductum.

7. Praefendum tamen ad minimum Speculum Suen. Saxonico in terris extra Vicariam Sax. constitutis.

§. XVI.

## §. XVI.

Habemus iam potiora capita ab ILL. VIRO ad exiguum Iuris Iustiniani usum defendendum adducta, in reliquis enim dissertationis dissentientis §. §. argumenta hic excussa exemplis tantum illustrantur. Vbi quidem non diffitemur, potuisse haec multo uberius deduci, et ipsa ILL. VIRI argumenta hoc mereri, sed discessus ex Academia, quem maturandum variae causae suadent, hic pedem figere iubent. Caeterum tamen non dubitamus circa reliqua, hic specificè non allegata, posse illustrationem et responsionem ex his deductis peti. Siquid vero minus exasciatè propositum; id festinanti calamo condonetur, rogamus.








Wittenberg, Diss., 1727 Sp-Z

X 237 1928





388

17  
1727  
42

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE

V S V

IVRIS IVSTINIANEI  
IN IVDICIIS GERMANIAE  
NON EXIGVO

QVAM  
PRAESIDE

IOANNE FRIDERICO  
WERNHERO, D.

FAC. IVRID. ASSESS. EXTRAORD. ET CVR. PROVINC.  
ATQVE CONSIST. ECCLES. ADVOC. ORDIN.  
IN ACADEMIA VITEBERGENSI

D. II. AVG. MDCC XXVII.

IN AVDITORIO ICTORVM  
HORIS LOCOQVE CONSVETIS

VENTILANDAM PROPONET

IOANNES CHRISTIANVS Rodochs  
ZITT. LVSAT.

VITEBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

